



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXX. De Criminibus in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

quatinus vellem exitum non fortietur, vt si feruus vtiliter in rem domini pecuniam mutatus, sine culpa eius perierit, l. feruus si in rem, 17. de in rem ver. l. quod si feruus, 3. sed et si feruus, eod. ¶ Verum tamē sic accipimus, vt daret verfum, id est, vt factum remaneat in eadem qualitate. Et ita deum de in rem verso competit actio, si non sit a domino seruo solutum, vel filio. Si tamen in necem creditoris, id est, perdituro filio, vel seruo solutum sit, definit quidem esse verfum: sed æquissimum est in patrem vel dominum dari actionem, l. si pro patre, 10. §. versum, & §. seq. eod. de in rem vers. Quod tamen pertinet ad patrem & dominum, si ex eadem causa pluribus adstricti sint, & conueniantur de in rem verso, præoccupanti agere tenentur tantum, l. 3. §. fin. & l. 4. de in rem vers. P. Filius familias pro patre fidelubens & soluens, in rem patris vertisse videtur: si iudicio suscepto pro eo, condemnatus cum liberauit, l. si pro patre, 10. eod. Si filia mortuum acceptum in alimenta conuertit, pater qui non soluit dotem, tenetur de in rem verso, l. pater pro filia, 20. & l. fin. eod. tit. item si pater togam filio mutuatam in viuis suos conuertat, sed tamen filio emere debuerat, l. filius familias, 19. eod.

3 ¶ Personæ quæ considerantur hic, sunt pater, filius familias, dominus, & qui contrahunt principaliter cum seruis & filiis familias, l. quamuis, 18. eod. ¶ Forma & substantia istius actionis est, secundum quam experimur, vt doceatur in rem verfum domini, aut patris, vel ea ratione vtiliter contractum. ¶ Finis, vt prospiciatur creditoribus, qui bona fide contraxerunt cum filiis familias, vel feruis, in reu peculii, vel parentum, vel dominorum: ne cum deficiat sepe actio de peculio, videlicet ademptum sine fraude peculio, vel diminuto, credito suo priuentur, vel more serui, vel emancipatione, vel alio modo deficiente actione peculii. Et proinde hæc actio perpetua est, contra dominum, & patrem, quorum negotia gesta sunt, l. 1. §. 1. de in rem vers. l. ei qui seruo, 7. quod cum eo qui in alien. potest. C. ¶ Eadem tamen ratio, quæ de peculii actione est, ne locupletentur domini, aut patres ex alterius iactura, c. locupletari, de regn. iur. in Sex. l. iure natura, eod. in P. cum similib. Et vltra, quia quando contractus in rem vertitur eorum, potius cum illis, quam cum seruo & filio familias, videtur contractum, l. 1. de in rem vers. P. quemadmodum in obligatione furlosi responsum est, ratione impensum in rem illius, l. furiosus, 45. de act. in P.

De his qui mortuorum negotia gerentes quasi contrahunt. Cap. 16.

- 1 Negotiorum mortuorum gestor habet pro eo actionem.
- 2 Heres cum defuncto aduendo quasi contrahit, & obligatur legatariis.

3 In Funus impendens defuncti, defunctum non heredem sibi obligat.

Funeraria actio qua, & quare detur, eod.

IN t̄ edito prætoris negotiorum gestorum est, Si quis negotia alterius, sine quis negotia, qua cuiusque, cum is moritur, fuerint, gesserit iudicium eo nomine dabo, l. 3. de nego. gesti. P. Quæ verba significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gesserit, videlicet, vt pro tali etiam gesto detur actio: hæc negotiorum, d. l. 3. hæc verba, & l. successoris, 13. eod. directa & contraria heredibus & in heredes, l. fin. autem, 21. eod. Et qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, seque ei obligat, l. nam & Seruius, 22. Suntque hic & res, persone, negotia, & loca, finis & causæ considerandæ, quæ in negotiis videntur pertractatis excussumus, vt & sicut in negotiis videntur sufficite vtiliter gestum, ita & in bonis mortuorum, licet diuersus exitus sit secutus, d. l. successoris, §. fin. neq; in vtriusque gestor tenebitur de casu, nisi præcesserit casum eius culpa, l. debitor meus, 14. & l. si hereditaria, 23. de nego. gestis in P. ¶ Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: neq; enim cum herede, neque cum defuncto vllum negotium gestisse legatarius proprie dici potest. Et tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur, §. heres quoque de oblig. que ex quas. contrahit. l. ex maleficio, 4. §. heres quoque, de act. in P. Illud tamen verissimum est, aduentem hereditatem defuncti videri cum illo contrahere, l. 3. §. fin. ex quibus caus. in possess. ea. lib. 42. P. tit. 4. item si filius se paterna hereditate immiscet, l. 4. eod. tit. ex quibus caus. in poss. ea. tacite voluntate & consensu quali inter absentes præstito, firmans testatoris mentem. Idipsum si pro herede aliquo modo se gerat, agnoscendo voluntatem defuncti, l. pro herede, de acquir. her. P. §. pen. & fin. de hered. qualis. & d. affirm. Et proinde obligatur legatariis quibus præstari iussit quippiam testator: & insuper omnibus oneribus hereditatis obstrictus remanet. ¶ At t̄ qui propter funus defuncti aliquid impendit cum defuncto, non cum herede contrahere creditur, l. si in l. de reli. & sum. funer. P. lib. 11. titu. 7. quod pro separatione bonorum quæ fit inter creditores defuncti & heredum, annotandum est, iuxta l. de bon. separatio. lib. 42. P. ii. 7. Est itaque hereditaria actio hæc, quæ funeraria dicta, l. at si quis, 14. hæc actio, de relig. & sum. funer. quæ datur quoties nulla alia actio de funeris impensa consequenda competit, d. l. at si quis, §. Labeo, ex ista & æqua causa, ne impulta corpora remaneant, neque quis de alieno faceret, d. l. at si quis, §. hæc actio, l. si quis, 12. §. prætor ait, eod. tit. Sed de hac actione nihil amplius addam, eo quod plura alibi tractauerimus, diximus in lib. de rebus sacris, c. 15.

DE CRIMINIBVS IN GENERE.

LIBER XXX.

De Similitudine Conventionum & Delictorum.

C A P. I.

- 1 Conuentionum, & delictorum similitudo.
- 2 In Delictis quomodo obligamur, & cum lege contrahatur.
- 3 In Contractibus qua perpendenda.
- 4 In Criminibus qua perpendenda.
- 5 Maleficii nomen quid complectatur.
- 6 Criminis nomen quid contineat, eod.
- 7 Delicti & peccati distinctio.
- 8 Peccare quid apud Aristotelem, & alios, eod.
- 9 Crimina, morbi Reipublice.

1 **A**R s̄ t̄ alia contractuum, sed alterius generis, in delictis consistit: nam delicta contrahi dicuntur sponte, & ignorantia, l. 1. de legib. lib. 1. P. quemadmodum & expresse, & tacite conuentiones contrahi citra delicta diximus, l. 2. §. 4. de pact. in P.

2 ¶ In leges, omnes æque iurare censeantur: quia illæ, veluti ex positione, omnes tenent, l. 1. & 2. de legib. in P. l. leges sacratissima, & l. leges vt generales, C. eod. l. iud. in 1. C. de iud. illæ imperant, prohibent, & consulant, & puniunt, l. legis virtus, de legib. in P. quia quid peccatum, quid iustum & iniustum sit, monuerint, c. nam concupiscentiam, c. 4. de consti. ap. Greg. alterum non lædendum, honeste viuendum, ius suum cuiq; tribuendum, §. iuris præcepta, de inst. & iur. l. iustitia, 10. §. 1. eod. in P. Proinde cum omittimus quæ iubentur, vel admittimus quæ prohibentur, in leges incidimus, & obligamur & legi, l. obligamur aut re, §. n. de act. in P. l. si quis homicidium, 11. de accus. C. & proximo læso: nam & lex & læsus resarciri damna postulant a nobis ita commissum, & pœnam reposcunt. Obligamur itaq; ex maleficio, & delictis, l. ex maleficio, 4. de act. in P. §. si quis, de obli. que ex del. nasc. & §. 1. de obli. que ex qua del. Et consequitur necessario in de quædam coacta solutio, cum obligatio fit iuris vinculum quo necessitate adstringimur alicuius soluedæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura, §. 1. de obli. ap. Iustim. Lobigationum substantia, de act. in P. & cum ex contractu nascatur obligatio, l. 2. mand. in P. Quod solui ergo debet, pœna vel multa est. Sic enim & Caius ait, l. si a reo, 71. §. si. de fideiuss. in P. Pœna ob maleficia solui magnam rationem suadere. Solutio autem hæc, quæ petitur accusatione, ad modum contractus, & delicti referenda erit: quemadmodum ex conuentionum diuersa formula, diuersè nascuntur actiones, quibus quis repetit in iudicio quid sibi debetur, §. 1. de act. l. actio, eo. in P. Quod enim in conuentionibus actio in criminibus, accusatio erit proprie: quamquam interdum & actio accusationis nomen nõ respuat, vt dicemus, Deo fauente, paulo post.

¶ Consideras t̄ in conuentionibus idoneis & aptis ad effectum aliquid quem, voluntatē primū liberā ab errore, metu, seu vi & dolo alienā: secundo, conuenta & modū contractus, seu formulas quatuor illas generales, rei, literarum, verborū consensus: tertio, obligationē ad quid sit tenetur & vincitur: quarto, actionē propositam: quinto, iudicium: sexto, solutionem, vt docuimus in conuentionibus.

Ad seum modum in criminibus, animaduerte primo voluntatem delinquentis: de hinc actum, & delicti speciem, de quo tracta. infra in distinctione criminum, tertio poenam, ad qua obligatur: quarto, accusationem: quinto, iudicium: postremo, executionem ponere. Et in his perpetuo res, personae, & negotia quae geruntur obferuanda: & adhuc referimus quae alia methodo tradit confideranda Claudianus, *Laut facta*, 16. de poen. in P. uempe causas, personas, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, euentum. Quae breuiter explicabimus, dum modo antea monuerimus, in hac tractatione maleficium, scelus facinusque omne continere, vt alibi, *si famul furti feci, dica in P. resipit*, quia male actum: et si *et ex lege* aliquando pro insigni scelere veniendi, & torti legii maleficium accipitur, vt in *titu. de malef. & Mathemat. C.* Criminis etiam appellatio hic complectitur omne id, quod accusatione & reprehensione dignum est, omne scilicet peccatum, vt de iur. in quoq; in concilio Toletano, *c. vnum orarium*, §. *nomine autem criminis*, & §. *crimini*, 25. dist. ca. 1. & *ca. apostolus*, 18. dist. atque promissive huc vti patitur, delictum, crimen, peccatum, l. *si aduer. delict. C.* Omnia ista sub tria distinctione, qua proprie delictum in omissione, quasi delictum dicitur: peccatum autem in committendo, *gl. in ca. peccatum, de reg. iur. in 6.* Atque peccate nihil aliud est Antioch. lib. *Problema. sectio. 19. q. 26.* quam rem reddere deteriore: & vt ait Cicero, in *Paradoxiis*, transire aequi bonique lineam, vel excessu vel defectu. Cui ad stipulatur Aristoteles, *vt dicitur*. Crimen autem hic dicemus graue peccatum, accusatioe & damnatione dignum, *ca. Apostolus*, 81. dist. ¶ Et vt significatius substantiam exprimat. Crimen omne, est morbus quidam, qui subreptim in republica, ab irrationis temperamento desistens, a bono auerit. Sunt enim crimina inter homines, veluti morbi, ex quibus, nisi obtinam eatur cito, perniciet, & tandem interitus reipublicae imminet. Proinde sicut medicus optimus morbi est, qui iam methodum eius curandi nouit, & causas & propria remedia, vt ait Galenus, lib. 3. *Methodi meden.* & Hippocrates, lib. de arte, & lib. de prae. medic. ad eum modum de criminibus ita agendum est, vt primo crimina, & quae in illis obseruanda sunt generaliter, & deinceps in specie cognoscamus, methodumque puniendi, & remedia poenas inquam generaliter, & in specie. Sic facile erit hoc reipub. corpus integrum conseruari, & morbosam curare.

De Causa, & Voluntate in delictis perpendenda.

Cap. 2.

- 1 Crimina circa inaequalitatem, & extra temperamentum, vt morbi.
- 2 Delinquent homines proposito impetu, casu, quomodo.
- 3 Voluntas quid. Et causa delictorum. Et de Voluntate coacta, num. seq. 4. 5. & 6.
- 4 Ex proposito qua dicuntur fieri. Et quid propositum. Cor origo bonarum vel malorum actionum eod.
- 5 Voluntarium consilio & in consilio factum quomodo.
- 6 Crimina inuoluntaria quando punienda eod.
- 7 Cogitationis solus poena cur nulla apud Iurisconsultos: & contra, cur puniatur in lege diuina.
- 8 Purgatio canonica cur reis indicitur.
- 9 Voluntas & cogitatio quando puniatur.
- 10 Voluntaria crimina ex tacita voluntate quaedam.
- 11 Delinquere iubens quatenus ex mandato teneatur.
- 12 Libertas arbitrii non excusat del. cta.

¶ Sicut in morbis nullum temperamentum inuenias, sed in temperatum plus, minusve, secundum gradus desicentes a salubri, Galen. lib. de constitut. artis medicae, sic in criminibus abest illud medium aequum, quod agere statere iusti insidit, & iustitiae, quae ars boni & aequi, l. de iust. & iur. Quocirca laborant hominibus reuendendis propositum in statere dirigenda, & emendando quod ab eo declinat, causas inaequalis vitae corrigendo. Delinquent homines aut propositum, aut impetu, aut casu. Ex proposito, latrones, qui factionem habent: impetu, veluti cum propter ebrietatem ad manus, vel ferram itur: casu, vt si venandus in feram, emissum feruitor hominem necauerit, l. respiciendum, 11. de poen. in P. l. absentem, §. *si in eod. titu.* ¶ Voluntas est animi motus liber ad quod imitantium, vel ad ipsam rem vel in contrarium, c. 1. §. *quasi. i. virtutis*, & 4. *vitiis causa*, ca. *nauci* 56. dist. ca. sciendum, §. 9. 1. ¶ Proposito factum, quae secundum voluntatem agentium, sponte & libertate mentis fiunt, vt tradunt Damascenus, lib. 2. de orthodo. fid. c. 15. & Nemesius, lib. de natu. h. m. c. 39. Propositi hoc, & intentio malefi-

cia distinguunt, l. qui iniuria, 5. de fur. in P. §. *si ad placuit, de oblig. quae ex del. nauci. sed diffimam*, ad leg. lul. de adul. C. *Callist. l. diuina Adriano*, & l. 1. §. *diuina*, ad leg. Cornel. de scar. lib. 48. P. titu. 8. si ex eor. de exeunt cogitationes prauae, immunditia, adulterium, &c. *Maub. cap. 15.* Et verbum nequam immutabit eor: ex quo bonum & malum, vita & mors, *Eccles. cap. 36.* Et ideo Sapiens iubet, *Prover. c. 4.* omni custodia conseruari cor, quod ex eo vita procedat, Deusque illud inter roget, non manum, *6. si quid inuenisti*, 14. *quasi. 5. can. si propterea, de poenit. dist. 1.* Et re vera non polluitur caro, nisi antea mens fuerit corrupta, *can. non potes*, & *id. 23. q. 5. cano. non est*, 15. *quasi. 1.* Aristoteles, lib. 3. *Ethic. c. 1.* *de virtutibus*, contituere videtur, propositum, scilicet, in eo quod praemeditate sita sciente, prudenterque, *ex h. a.* voluntaria inuoluntaria autem *ex h. a.* dicitur Graeci Voluntarie scienter prudenterque delinquere ait Caius, in l. *quae ades, de incen. ruin.* & *naufra. lib. 46. P. tit. 9.* Aristoteles, 6. *Ethicor.* propositum & consilium, omnis actionis principium dicitur: ex quo motio sequitur, non finis, vt extremum. Atque idem *Aristo. 5. Ethicor.* post multa disputata concludit, nullum facinus malum esse, nisi voluntarium. ¶ Ceterum tamen illud *ex h. a.*, seu voluntarium, habere ait, & q. consilio & quod in consilio seu temere facimus. Et alibi, *Aristot. 3. Ethic.* etiam, id quod per vim vel per ignorantiam fit, scilicet quia voluntas quaedam, non pura tamen, si quis vult coactus: nam coactioni potest accedere voluntas, & tunc verum est voluntatem coactam esse voluntatem, vt in l. *si mulier, §. si metu, de eo quod met. cau. in P.* Potest tamen & aliquid vi cogente ab aliquo fieri, in quo voluntas nulla eius est, neque ex voluntate aliquid in qui agit, confert, quando vis extrinsecus accidit: veluti si quis alium habere rem gladium impulerit, illeque gladio necauerit alium. Si vi stuprum pariat, nec probet, sed contradicat, *l. vim passam, 39. ad l. lul. de adul. in P.* In quibus delictum admittitur hoc pacto sine vilo consensu, peccatum non est eius qui fecit: quemadmodum si quid coacte bene factum sit, non habet meritum, *101. 15. quasi. 1.* Et ita hoc genus facti peccati poenam nullam habet, si culpa non precedat in hac violentia, cui nihil mens contribuit. Est autem alia violentiae species, quae mixtam habet causam, voluntarii, & inuoluntarii: quemadmodum iustus es a tyranno occidi, ni parentem occideris: item iustus es a domino delinquere, vel meto alicuius deliquisti, vel ebrius factus culpa tua. Et haec inuoluntaria crimina puniri non obstante vi, & metu constat, *l. ferus, non in omnibus, 19. de actio. in P. l. de leg. P. ca. sacris, de his, qua vi met. causantur, c. qui quis metu, 11. q. 3.* mitius aliquando tamen, quam sponte commissa, *ca. sacris, ca. in primis, 24. l. cano. fin. 11. q. 3.* Potius enim moriendum, quam delinquendum, vt bonus ille Eleazar dicebat, 3. *Machab. c. 6. & 7.*

¶ Causa ista quae delictorum vna erit, voluntas ita distincta, & an spontanea, vt tunc magis punienda: aut coacta, & tunc, quia consentiat, aliquo modo punienda: sed mitius. Si autem voluntas alia sit agentis vel delinquentis, quam delinquendi, alia sit consideratio, quam delicti, veluti si quis verberet disciplinae & emendationis gratia, alia causa erit, quam in verberibus iniuriae causa illatis, *cap. presbyterum, de homicid. Laut facta, §. causa, de poen. P. l. de emenda. propinq. C. sed si quemcumque, §. fin. ad leg. Aquil. l. queritur, §. idem Iustinian. loca. in P. l. 3. §. si cum, de lib. hom. exhib. cum similib. l. si constante, §. si maritus, solu. matrimo. Et si ex bonis, quae licite fiunt, mala contigerint, non imputantur, *can. de audendis, 23. quasi. 5.**

¶ Rursum ista hic obseruo, voluntatem aliam esse simplicem, & nudam ab omni acta extrinseco: aliam, quae actu aliquo expressa est. Nuda cogitatio dicitur illa, quae apud IC. non puniatur, si non exierit voluntas sine cogitationis, *l. cogitationis, de poen. in P. l. 1. §. fin. quod qui g. iur. in P.* Quia lex civilis, & eius administri, actus tantum sua politia dirigunt & emendant & quae probata sunt, iudicant, *c. si quis, 11. q. 1. l. licet, §. veritas, de offic. praesid.* nec nisi probationibus luce meridiana clarioribus crimina colligunt, *l. si. C. de probatio.* Neque cordis cogitationes sunt f. r. i., vel iurisdictionis secularium magistratum, sed Dei, qui illud solus scrutatur, *1. Reg. c. 16. & Psalm. 43. Hierem. c. 17.* quive punit & remunerat secretam mentis intentionem, *can. cogitatio, & c. cogitationis, cano. homicid. de fere tota, de poenit. dist. 1.* praecoepaque cogitationis solis adiecit, vt *Non concupiscas: non desiderabis proximi tui res, &c. Exo. di. 20.* Huiusmodi videt ea quae patent: Deus autem intrucit cor. Nec potest humano examinari iudicio, vel praesumptione, quem Deus suo referuat iudicio, *ca. si quando, 15. que 6. can. si omnia, 6. quasi. 1.* nec hic de suspitione quisquam iam mandus, *l. absentem, de poen. in P.* Nec contra, quia quis accusatus non est, vel quia delictum non est

cognitum, ideo innocens est, sed is, cuius latent peccata, timere Deum debet, propria conscientia accusatus. Nam vt Lucianus ait, *ἀποφύγε τὸν θεὸν ἄνευ φόβου, ἀποφύγε τὸν θεὸν ἄνευ φόβου, ἄνευ φόβου*. id est, homines qui deum celabis aut quid insolens faciendo, at non celabis Deum etiam cogitans. ¶ Quo fit, vt in his, in quibus animi solus, & cogitatio est inspicio, & controuersia non potest factum docere, recipiatur iuramentum eius, de cuius intentione queritur: eique credatur, quia aliter sciri nequeat, *Hosten. in ca. licet, de reg. iur. glo. magna in §. sed iste, de actio.* Hucque pertinet purgatio canonica, quæ per iuramentum infamati de crimine fit, *e. i. de purg. at. can. 101. a. 2. q. 5. §. 15. q. 5.* crimen quippe probabile, hoc iuramentum respicit, *e. si quis, de grad. ca. 4. de purg. can. §. Si iuramentum cogitatio eruperit, & ex secreto apparuerit, nempe quod quis molitur illam exlequi, & coepit, nec per illum steterit, sed aliunde quomodo exlequatur eandem, in criminibus potissimum maioribus. pœnam habet voluntas ita cognita, si quis non dicam, de episc. & cler. si quis, C. de fur. l. §. generaliter, de calumnia. P. si a seruo, de condi. ob. iur. p. can. in P.* Proinde hinc aliam conficimus regulam, voluntatem (scilicetiam de ceram & in lucem editam) in maleficiis spectari, non exitum, *l. D. Adrianus. ad l. Corn. de scar. l. is qui cum telo, C. eo. tit. l. de extraord. crim. in P.* Et quamuis scelus imperfectum minori pena puniatur, quam perfectum aliquando, *l. qui falsam monetam, 1. 9. de fals. in P.* vt in Gallia, puniendum tam e est: quia voluntas pro facta reputatur, cum per volentem non stetit, quomodo fieret, *ca. qui peierare, 22. q. 5. ca. nuptiarum, 27. q. 1. can. si Paulus, 23. q. 5. §. Voluntaria crimina censentur ex co. filio & consilio facta, vel consensu expressi, vel tacito: veluti in fenatuf consilio Syllaniano liquet, lib. 29. P. tit. 5.* Item, si quis refugio sit delinquenti: vt ex tit. de receptatoribus in P. *lib. 47. P. tit. 16.* & de iis qui latrones vel aliter criminis reos occultant *C. lib. 9. C. Si quis indalgeat nimium delinquentibus, nec corrigat, dum potest, c. licet hely, de simon.* Si laudet delictum alterius, *l. i. de ser. corrump. si irritet innoxium, vt in l. 2. Aquilia.* si iubeat delinquere aliquem.

¶ Quomodo autem, & quatenus quis ex mandato, l. cum ratio. §. fin. de bon. damnato. delinquendi dato reneatur late tractat Bartolus, in l. non solum, §. si mandato, de iure. in P. & ideo hic non inuimorabor. Ceterum vt ait Demosthenes, orat. contra Midiam, *τοῖς ἐν ἀγορῆς τοῖς ὕβρισταις, καὶ ἐπὶ τοῖς ὄφθαλμοῖς τῶν ἄλλων, id est, is qui de industria consumeliosi sunt, leges acerbis esse cernere licet.* Et rursum Demosth. de Coro. *ἀδικεῖν ἢ ἐπιβουλεύειν, πολεμεῖν ἢ ἀποβῆναι, καὶ τὸ ἀποβῆναι ἀποβῆναι ἐστὶν ἀποβῆναι ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων, id est, iniuriam infert aliquis sua voluntate: ira & supplicium contra ipsum peccant quisquam in consilio: venia pro pena huic datur. ¶ Nec nos remoretur illo modo, quod quidam sibi licere putant peccare impune, cum a Deo data sit arbitrii libertas: nam vt proflus stolidi hæc sententia est impta, ita luce clarius est, quod vt Deus & lex bonam remunerant voluntatem, & actus eius bonos, ita proculdubio puniendam malam merito, & eius scelera, *D. Matth. ca. 24. l. i. de inst. & iur.* Et quamuis voluntas liberi arbitrii sit, tamen mala voluntas liberati non conceditur, sed & iuste ad bonum cogitur, *e. displicet. C. ca. ad fidem. & fere tota 23. q. 4.* Est enim libertas, naturalis facultas agendi quæ velis, nisi si quid iure prohibeatur, aut vi, l. libertas, de stat. hom. in P.*

De Criminibus, quæ Impetu animi committuntur. Cap. 3.

- 1 Phantasia quid, & non esse voluntatis.
 - 2 Motus primi animi non sunt in potestate hominum.
 - 3 Impetus animi excusabiles, & qualis sit.
 - 4 Vini prater modum e pot. vis habet imperium.
 - 5 Ebricitas consilium animi ad mit. Et: ut eius delictum puniatur, eod.
 - 6 Lasciuia commissi peccata, vt leuius puniantur.
 - 7 Ira impetus quatenus, & quando puniendus, Et 8.
 - 8 Damnati morte sententia priuati, is suspensendi in 30. diem.
 - 9 Amoris violentes impetus.
 - 10 Amicus quis dicitur, eod.
 - Voluptas & libido remere, impetuz, mouet mentes, eod.
- ¶ Epicetus, & post eum Gellius, lib. 19. Noct. cap. 1. & D. Augustinus, lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 4. Diogenes Laertius, in vita Aristippi, referunt visiones animi, quas Græci philosophi *εὐφρονας*, vocant, quibus mens hominis, prima ita in specie accidentis ad animum rei pellitur; non voluntatis esse, sed vi quadam te infert

hominibus. Quare & sapientis animum ex subitis paulisper moueri, quibusdam motibus rapidis, & inconsultis efficitur motus atque rationis præuertentibus. ¶ Neque enim primi illi motus in potestate nostra sunt, vt ait Quintilianus, in 6. Et hos moderari non mediocri ingenii, sed perfectæ sapientiæ putat Cicero, ad Q. fratrem, vt etiam inde, quæ voluntaria sunt, necessaria interdum, aut ignorata videantur, id. in Topi. ¶ Declinant tamen a voluntate libera, quæ impetu sunt, & ex perturbationibus metus, quas Græci dicunt *παῖδες*. Est enim impetus, perturbatus animi motus rationi non obtemperans: cum quis inconsiderate in aliquid fertur, commotus subito, veluti ebrietate, vel calore iracundiæ, vel lasciuia. Aristoteles, lib. 3. Ethicor. *ἀναπόσειν δὲ ἀποφύγε, peccare per impudentiam, ex impetu ait: subitaneos namque quoddam irrationali motu irrationalis partis obfudet ratio, & incurfione quadam facta eam temere animæ partem, mentem mouet, vt prius effectum pariterit, quam consultauerit.* Cicero impetum opponit iudicio, his verbis, *Cic. 1. Offic. dnm de iustitia disputat. Multi faciunt multa meritate quadam sine iudicio, vel modo in omnes, velle penitus quodam, quasi vento, impetu animi incitari, quæ beneficia, quæ magna non sunt habenda, atque ea que iudicio, considerate constant, que delata sunt.* Et rursum, idem, 1. Offic. *Leuiora sunt quæ penitus, & motu aliquo accidunt, quam ea que meditata & preparata inferuntur, hoc & iustum, quod sit voluntarium.* Et Demosthenes, con. Midiam. *Seuerius & grauius eos puniendos esse legi statuerunt, qui data opera, consulto, & per contumeliam delinquent, quam reliquos, qui alio quopiam modo delinquent.*

¶ Vis tamen prater modum sumi, sepe pacatas mentes sui impetu inquadit, & rationem intercipit, & delictorum causa est quam plurimum. Vinum namque, & mulieres, seu fornicatio excæcant cor, *E. d. 4. Eccle. 319. Vno namque modo vna Venus, nocent, Virgil. in epigram.* Et pari modo mentem faneant & decipiunt, *glo. in §. orat. de successio. sublat. quia sibi per bono vendit, apud Iulianum, lib. 3. tit. 13.* Ebrietas iuciticia, c. sexto dia. & c. in uol. tuoso, 35. dist. in. Sicque ex Hesiodo, in Diebus, Athenæus, lib. 10. cap. 19.

Gaudia quanta viris Bacchus dedit, arg. laborem. Si quis multa bibit, sicut, insania vna. Illa pedes, mentem, ligant, linguamq, manusq.

Et Theognis: Nam quicumque modum superauerit (scilicet bibendi) ille ne ultra.

Consilii compos, is neg. mentis erit. Plurima nungatur reuini turpia, & idem. Turpe nihil cernt, quod temulentus agit.

Infamia vinum non habet gubernacula. Ebrius ignorant: si nullis, ideo mitius punitur eius delictum, propter culpam potius, quod nimium biberit, l. respiciendum, de pen. in P. l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. in P. vt in criminibus extraordinariis docemus, dum de ebrietate agimus. Ebrius quidem saepe manus sibi iniiciunt, vt ait Aristoteles, c. sane, & c. inebriauerunt, §. quæst. 1. facit tamen ipsi differentiam inter eos, qui culter a vino tenentur. Qui, inquit, Aristot. problema. sectio. 30. q. 4. magis peccant & delirant, & eos qui grauior se inebriarunt, & sobrium quia sobrius recte iudicat: qui autem penitus inuolentus est quod sensibus interceptis onus sustinere non potest, nihil diuidit. At vero qui leuiter se inebriauerit, iudicat quidem, quia non multum hauserit: sed quoniam a vino aliquatenus detentus est, & potestatem recte iudicandi amisit, peccat necesse est.

¶ Per tamen lasciuiam commissa habent fontem quoque, animum impetu irrationali commotum, dum nimia iocandi vel ioculandi voluptate, nimiumve exultando, vel intempetive dicacitatem exercent & mordent, vel alud remere proacaciter faciunt, quod crimen habeat. Non enim cogitat nocere animus, sed tamē dum habeas nimium laxamus, non iocus, sed culpa punitur: mitiusque in eos, qui per lasciuiam delinquent, animaduertitur, *l. l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. in P.* Et lubricum lingue quoque ita veniam quodammodo habet, *l. i. si quis Impera. maled. x. Cod.*

¶ Ira fit deinde impetum animi habet, & acerbum, nisi studio se deicitur. Ira furor breuis est: sibi enim ita quod concepit, iustum persuadet, *can. illa, 31. q. 1.* ideo si potest, intrep. de exlequitur. Proinde quæ reuocari possunt, per iram facta, non prius rata habentur, quam si quis in mente deferente ira perseverauerit, *l. quicquid, de reg. iur. P. l. duorum non est, de d. iur. in P. l. i. si quis Impera. maled. x. Cod.* C. Hinc ex rixa oriuntur saepe inconsulta delicta.

quam in corporealem poenam transferri, *l. si. §. de mod. mult. lib. 1. C. tit. 15. l. in de in ius voc. P. l. illicita. §. fin. de off. praef. P.* Et ubi nobilis suorum bonorum profecti ne multatur, ignobiles corporali supplicio castigantur, *c. qui contra, 2. q. 1. d. l. si. de in ius voc. 6. c. res aliena, 1. q. 6. si nihil habeant scilicet. §. Distinguit etiam personam infantis ab adulto iudex. Infantes omnino doli incapaces, delinquentes ob consilium infirmitatem absoluitur & furiosos, *l. infans, ad l. Cor. de scar. o. l. illud. de iur. in P. Si aliquo modo capaces sint doli, non omnino excusat. Nec malorum morum infirmitas animi defendit, l. 1. & 2. si aduor. delict. lib. 2. C. tit. 3. 6. l. si quis, ad l. Cor. de scar. C. l. impunita, C. de poen. c. ex literarum, de apofita. Sic malicia supplet aetatem illis, l. 3. C. si mi. le mario. dix. lib. 2. C. tit. 4. 3. ca. de illis, in 2. c. 9. de despon. impu. lib. 4. De cre. tit. 2. Mitius tamen cum illis agitur, quam cum senioribus, c. 1. de delict. pu. o. l. impunita, C. de po. l. si fratres, 20. de his qui no. inf. l. 1. C. tit. 12. si modo iuuenili calore delinquant. Alioquin existimantur aliqui iuuentem prae maturae corruptam citius exterminandam, si mane scelus aliqua malicia admittat: ne seminarium malorum in illis nutriatur. §. Si quis; malicia pu. iur. non aetas innocens. Refert iudiciaria Aereopagitum M. Fabius Quintilianus, *lib. 3. l. iust. c. 9.* quo fertur dambatus puer, quod inuentus est oculos cothurnicorum omnium erueas, quos posset comprehendere: quod signum id eis videretur perniciosissimum mentis, multisque malo futurae, si adoleuisset. Sine malitia delinquentes pueros non puniendos quoque, est exemplum apud Pausaniam, *l. 8. Arca. is enim narrat pueros circa templum Dianae indentes in funiculum incidisse, quo collo Dianae infecto strangulatum Dianam conelamarunt: hocque deprehensio facinore, Caphenytes pueros lapidibus obruisse. Verum eorum liberos morbum iauasse vt abortum vxores facerent, donec sepeliendos eos pueros Apollo repondit, eis que quotannis esse sacrificandum. Et Neratius Iuliano conf. dixit in paruulis nullam deprehendi culpam, in leg. pen. 5. de iudic. com. liber. lib. 4. o. P. tit. 6. Calli frat. in l. 2. de termi. mo. lib. 4. 7. P. tit. 1. 1. De senibus autem, qui iterum pueri funt, non aequo sumitur supplicium, ac de aliis aetatibus, sed indulgentia quaedam lenior poena aliquando, *c. rana, 1. q. 7. Et in summa, vt loquar cum lege Vasilgthorum, nomotheta & iudex erit in indagando viuas, in praeueniendo fixus, in decemendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo assiduus, in innocente vindex, in noxio temperatus, in aduena sollicitus, in indigena mansuetus, personam tanto ne sciat accipere, quanto & contemnat eligere, l. 7. tit. 1. lib. 1. C. l. Vasilgth. §. Circa p. personas lasas, qualitas etiam consideranda, vt in adulterio, in stupro, in incestu, in iniuria, & aliis, de quibus suis locis. Vtique, inquit Paulus, *l. 3. de accusa lib. 4. 8. P. tit. 2. in accusatione criminis locus designandus est, in quo adulterium commissum est. §. cum qua persona admissum dicitur. Et mensis: hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum conetur, §. gener. alter praecipitur omnibus qui reum aliquem deserunt. Refert & Diodorus Siculus, *lib. 12. Biblioth.* apud ceteras, quam Thurius, gentes, mulieribus cunctis argentea multa redimendis ius fuisse: hoc tamen non receptum in viris.*****

De Loci obseruatione in delictis.

Cap. 6.

- 1 Loci diuisio.
- 2 Locus quid. Quod in delictis considerandus, quia aget vel minuit delictum, 3.
- 3 Vinendum secundum leges, & mores regionum, ad quas peruenerimus.

A Ristoteles, *lib. 4. Phys. c. 2.* diuidit locum, in commune, & proprium. Proprium dicitur proximus cuique rei, inane, quo quid proxime continetur: commune, qui & huc & alia continet. §. Locus pro communi comprehensione fundorum vrbanozum, & rusticorum, *l. locus, & l. fundus, de verb. sign. aliquando pro loco proprio, non a communi accipitur, l. 2. §. 1. & l. offa, §. in hac autem, de relig. & sum. fun. in P.* Considerandus autem iudici quoque is locus ad distinctionem criminis, & aetate constitutionem. §. Locus facit, sacre legum facit, *l. an. f. c. §. locum, de poen. in P. l. sacre legi, ad leg. l. si. pec. in l. quis sit fugitivus, §. pen. de ad. l. d. c. profanus furem: & alio modo iste, alio h. p. aetudus, & dicemus, Deo fauente, propriis titulis. Maior iniuria verberari in theatro & publice, quam priuatum, *l. sed est questio, §. 1. de iniur. in P.* Gratuitus adulterium in domo mariti, & patriside oq; ibi occidere adulterum marito, & patri licet, abbi non licet, *l. quod ait lex, & seq. ad l. l. de adul. P. cum simi. l. bi not.* Proinde Daniel ab accu-*

santibus de adulterio Susannam, querebat de loco, *Daniel. c. 13.* Loci conferunt & adimunt dignitatem, veluti praetor sua vitur conceffa potestate in provincia ei decreta, & ibi vitur in signibus, *l. de offi. procons. in P.* Sicut & de insignibus pallii archiepiscopalis alibi, *c. cum sis, de auctorit. & vsu pallii,* scriptum: Consideratur & locus, in quo erat qui deliquit: vt si quis pilam proiecerit, qua homo occisus, inspicitur, an ibi esset iudici consuetudo, num vero quis periculoso in loco temere periculo se exposuerit, *l. item Meia, ad l. Aquil.* Item locus ex quo quid raptum, num sit ex incendio, ruina, vel naufragio, vt ait Barthol. *in l. libellorum, nu. 6. & 7. de accusatio.* & Cynus, *l. qui de crimine, de accusatio.* Et quaedam commissa pro crimine habentur alicubi graua, quae alibi leuia; vel nulla sunt: veluti in Aegypto dissolueret aggeres continentes aquam Nili, vel chomata rumpere, *Sycomorum succidere.* In Arabia scopulismum committere, *l. sunt quadam, & l. seq. de extraor. crim. in Africa grauius puniti messium in celores: in Misia, vitium: & ubi metalla sunt, adulterantes monetam, l. aut facta, §. euenit, de poe.* In summa, vt ait & docet Aemilius Probus, *in princ. lib. de vit. Imperat.* non eadem omnibus sunt honesta, & turpia: sed omnia maiorum instituta iudicatur pro morum & locorum diuersa ratione. Sic & Plutarchus, *in vita Themiſtoc. §. 6. vbi dicitur, ἀποφάται: ἀδὰ δὲ ἀδούοις γὰρ ἀδύδὸν δὲ πᾶσι τὰ ἄνικα τῶν ἄνδρῶν, id est, o hostes, leges hominum inter se differunt: alia autem altis pulcra, & honesta. Honestum porro omnibus est, quae propria sunt seruare, & ornare.* Sic vitio non datur vti moribus locorum. Cretizandum enim, inquit Polybius, *8. histor. cum Cretensibus.* Quinimo statutum est, ne quis peregrinus violet mores regionis vel loci, ad quem peruenerit, *c. que contra, 8. dist. c. illa, 12. dist.* alioquin enim delinquit. Humanæ leges moribus constant, ideoque hæ discrepant: quoniam ali aliis ger tibus placent, *can. omnes leges, 1. dist. c. illa, 12. dist. ca. placuit, 3. 2. dist. c. illa, 12. dist.* Si agatur quoque de notione iudicis, cuius sit, de loco fit questio, vt puniatur in eo locus, in quo deliquit, *l. desertorem, de re milit. in P. l. si cui, §. pen. de accus.* Et in summa leges ipsas & negotia, locorum diuersitas distinguit, *ca. 1. 2. 3. 2. q. dist. vt tempus, & persona.* Et quaedam constitutiones locales sunt, quaedam generales, quaedam ratione propinquitatis loci receptæ tantum, vel ob intereapedinem, *c. cum longe, 63. dist. c. p. denda, 2. q. 1. c. erit autem, dist. 4. diuersa.* Inspecimus & ad delictum perpendendum locum personæ, cui vulnus illatum, num oculis, num facies, crus, vel aliud membrum nobile necessarium artificio, vel ignobile, & minus necessarium, *in legib. Boiariorum, toto tit. 5. in legib. Anglo. tit. 2. §. seq. vsq; ad 8. lege Saxonum, toto tit. de vniuersib. in lege Salica, tit. 20. & Frisionum, tit. 22. de dolo, l. vultus magnitudo, de iniu. in P. §. atrox, eod. tit. ap. Iust. I.* Facies nobilissima hominis pars censetur: quia ex ea, qui simus, cognoscitur, *Arist. li. Problema. sect. 36. q. 1. & similitudinem habet diuine imaginis, l. si quis in metallum, de poe. C. & in ea pupilla oculi lasa, crimen habet grauius, l. aut facta, §. qualitate, de poe. P.* Et in lege Burgundiorum, *tit. 11. §. lex, Si quis cuiuscunque in faciem vulnus infuxerit, in tripulum soluat vultus, quod ueste tegitur.* Non negamus autem interdum crimina sine loci consideratione posse decidi, quemadmodum alia quædã, quando substantia negotii sine loco constat: tunc quippe absurdum videtur ex differentia locorum, aliquid induci, *l. si de temp. in integ. restit. in P. l. vni. de vsuc. transfor. C. l. cum interdum, de instr. acti.* Aliter non inde sequitur, in aliis non considerari, in quibus locus addit, vel minuit peristates: veluti si dicas, in carcere contractum cum eo qui detrusit in iurum, improbat recte dices ratione loci, qui metum infert, *l. qui in carcere, de eo quod met. cau. lib. 4. P. tit. 2.* In vrbe autem libera, vbi quis iuris publici ratores contra vim inuocare potest, meum verisimiliter non fuisse illatum concludes, *l. si. eo.* Sic etiam habendam rationem rerum pro more locorum, *l. pretiarerum, §. fin. ad l. Falci. P. l. ideo in arbitrium, de eo quod certo loc. P.*

De Tempore commissi delicti perpendendo.

C A P. 7.

- 1 Tempus iudicibus, & aliis obseruandum quomodo sit.
- 2 Tempus in criminibus, & poenis distinguendum, ut est considerandum.
- 3 Tempus quid, & vnde constituatur.
- 4 Quare in criminibus considerandum, & 5.
- 5 Criminum accusatio quo tempore prescribitur.
- 6 Accusationis libelli tempus, diem, & horam complecti debet.
- 7 Tempus quare in plerisque considerandum, & discutiendum.

De Ignorantia, quæ, & quando in delictis excuset. Cap. 10.

Lib. 22. Tit. 6. Lib. 1. C. tit. 21.

- 1 Ignorantia triplicis differentia.
- 2 Ignorantia error, & titubatio in quo differant.
- 3 Errare quid, & titubare, eod.
- 4 Ignorantia Iurisconsulti iuris & facti quid.
- 5 Facti, proprii & alieni iuris, naturalis vel civilis quid, & quando excusationem admittunt, eod.

Ignorantia triplex est: prima eorum, qui scire nolunt, cum possunt, quæ non excusat, quia & ipsa peccatum est. Alia est eorum, qui volunt scire, sed non possunt: & est pœna peccati non peccatum. Tertia eorum, qui quasi simpliciter nesciunt, non tenentes vel proponentes scire, quæ neminem plene excusat, sed sic fortasse, ut minus quis puniatur, ut consentiunt patres sancti in Sententiis, lib. 2. Sentent. dist. 22. in lit. V. Iplanus, in enarr. oratio. Demosthe. de fals. legatio. enarratur Demosthenis, ubi inquit, ubi quis dicitur scire, & id est humanum quidem est quædam ignorare: illud autem ubi non oportet, eiusmodi est: non oportere ignorare ab oratore edictos.

Facilius, ut hæc explicem, monebo, primum Azonem, in Sum. C. tit. de iur. & facti ignor. inter ignorantiam, errorem, & titubationem discrimen posuisse. Ignorare est, nescire nec cognitum habere. Errare, in incertis aliud pro alio putare: titubare seu dubitare, cum aliqua sed obscura notione, circa electionem in utramque partem animi inflexio.

Ignorantia duplex apud Iurisconsultos, facti, & iuris, sic enim concepti titu. P. & C. Facti, quando id quod casu, vel natura advenit accidit nescitur, ut quando ignoramus mortem eius, cuius ad nos pertinet hereditas, l. 1. & 3. eod. P. Iuris, quando id quod iure caperetur, iuris facti est ignorantia, vel proprii, vel alieni. Iuris autem, vel civilis, vel naturalis. Itaque in facto proprio error, vel ignorantia crassa est, & stolidi hominis, quæ nullo modo excusatur, l. 1. quænam, 7. ad senat. Velleia. l. item quæritur, §. si falso, & l. si ad des. §. 1. loc. l. cum falsum, de acq. heredi. l. in furto, §. 1. de furto, l. 1. l. supin. de iuris & facti. ign. P. potissimum si agatur de lucro captando, vel de damno evitanda cum alterius iniuria, d. l. quænam, ad Vellei. Dynus ad c. ignorantia, de reg. iur. in 6. num. 18. Possent namque excusare in facto proprio error, si alterius non esset iniuria, l. sed est me putem, 2. de cond. indub. P. l. si liberi liberum, de actio. em. in P. Bar. l. cum de indebito, de probat. ut suam indebite solutum repetendo, vel etiam si factum nimium esset antiquum: cum memoria sit labilis, l. peregre, 44. de acq. posses. Bar. in l. si quis delegaverit, de nouat. in P. Alii autem facti ignorantia excusatur, si illud publice non sit notum, l. in pro suo, P. l. cum putarem, famerici, P. l. error, C. de iur. & facti. ign. l. regula, eod. P. aliter, si publice notum sit, l. sed est, §. prescribere, de insti. uo. act. l. pen. de iur. & facti. ign. P. c. quanto, & c. quædam de presum. cum in t. ma. de accus. In alius diuinae nempe tenetur, l. si fidelissor, mand. l. si putator, ad l. Agui. P. c. ut nostram, ut eccle. benefic. sine qua. d. min. confer. Peccata de ignorantia facti alieni delictum excusat, nisi culpa præcessit in delinquente, Bald. in c. 1. si vasallus, si de seu. defunct. in v. s. feud. & l. error, de iur. & facti. ign. C. ut si daret opera, reuoc. l. Bart. in l. cum qui, §. penul. de iniur. P. facit l. 2. C. de in ius voc. Ignorantia iuris naturalis, & diuina neminem excusat, d. l. 2. & l. si ad alterum, §. 8. nonnunquam ad l. l. de adul. P. non sexum, non milites, non etatem, rationis competentem. Signatum enim est super nos lumen vultus domini, ratio, conscientia, quibus quæ bona, quæue mala sunt, docetur. In iuris autem potius ignorantia distinguendum, aut error seu ignorantia iuris huius in iudicio interueniant, an extra: si in iudicio, ante litem contestatam, tunc excusat probata causa legitima erroris, l. de arate, §. qui in isto, de interrog. act. P. si postea, non excusat, l. non statetur, de confes. P. exceptis militibus, quibus indulgetur propter simplicitatem armata militiæ, ut possint errorem ignorantie iuris competentis, non propositi in iudicio ante excusationem rei indicatæ, non posse, opponere, l. 1. de iur. & facti. ign. C. in errore iuris extra iudicium, vel agitur de damno evitanda, vel de lucro captando: si de damno evitanda, aut erratur in eo, in quo requiritur verus dolus, & tunc iuris ignorantia excusat, l. si quis ignorans, §. si quis ignorans, ad senat. Syllan. Aut in eo erratur, in quo nocet dolus præsumtus, lata culpa, vel leuis, vel leuissima: tunc vide an ius illud positum alius fuerit publice notum, ut quia iam duo menses transierunt a tempore publicationis, & tunc non excusat, l. leges sacratissime, C. de leg. l. d. sum. Claudius, ad l. Cor-

nel. de fals. l. vlt. §. licet, de publica. Sic qui peccant aduersus ea, quæ legibus prohibentur, non excusantur eo prætextu ignorantie. Aut ius illud positum non erat adhuc publice notum vere, vel præsumtiue: & tunc ignorantia excusat, l. fin. de decre. ab ordi. fac. si delictum vel ius ex iis tantum constitutionibus censendum sit. Quod si ius illud ignorantem veretur in lucro captando, dissingue adhuc: an illud accedat cum alterius iniuria seu damno si repetatur, & tunc non excusat ignorantia, l. iuris ignorantia, de iuris & facti. ign. P. l. si fur, & l. si nunquam, de vsus. P. veluti si de vsucapione agatur perfecta. Aut agitur de lucro captando, sine tamen alterius iniuria: tunc qui de ignorantia labitur iuris positum, si potuit peritiores consulere, nec fecit, non excusatur ignorantia, l. regula, §. sed iuris, de iur. & facti. ign. in P. l. iuris, 6. C. qui admi. ad bon. poss. Si tamen nõ patuit copia peritorum, excusatur singulari privilegio ab hac ignorantia iuris. Minores viginti quinque annorum, l. pen. de iur. & facti. ign. P. l. 2. C. eo. milites, l. 1. C. eo. tit. mulieres, l. pen. P. eo. l. si. C. eo. tit. l. si quis, 7. & ibi gl. in ver. rufficitatem, de iuris d. om. ind. P. in casibus iure expressis, l. si. C. de iur. & facti. ign. & ibi gl. vide Negus. an. in tract. pig. par. 5. membro 2. illæsi manent.

De Diuisione, seu generali distinctione criminum. Cap. 11.

- 1 Delictorum in Repub. & morborum in corpore similitudo, & variæ species.
- 2 Morborum in corpore humano genera, & cause, eod.
- 3 Criminum prima diuisio, in peccata, & delicta, & quomodo ea differant.
- 4 Malificia & quasi malificia qua crimina.
- 5 Delinquitur quatuor modis, re, verbis, literis, consensu.
- 6 Re commissa delicta qua, eod.
- 7 Verborum delicta.
- 8 Consensu commissa delicta qua.
- 9 Consilium delinquentis datur quando, & quatenus teneatur, eod.
- 10 Crimina 2. diuisio, in voluntaria, & inuoluntaria. Et alia 5. in clancularia & violenta. Et alia 6. in publica, & priuata: capitalia, non capitalia, §. 9. 11.
- 11 Clam delinquentes grauius quando puniantur.
- 12 Accusator legitimus in Gallia procurator regius, non priuatus.
- 13 Capitalia crimina, & non capitalia qua dicantur.
- 14 Priuata crimina in duo capita reducta, in iuramentum, & furto.
- 15 Crimina alia diuisio, in maiora & minora, seu grauiora & leuiora.
- 16 Criminum diuisio secundum theologos, in originale, & actuale: & rursum actualis subdivisio.
- 17 Peccatum mortale, & veniale quid, eod.
- 18 Venialia peccata qua, & quomodo fiant moralia, vel tollantur.
- 19 Originale peccatum quid.
- 20 Crimina quadam penitentia aboleri possunt, quadam non, & qua.
- 21 Crimina priuilegiata, & communia.
- 22 Clericalia priuilegia quibus modis quis amittat, eod.
- 23 Criminum diuisio in regia, & non regia.

Sicut in corpore humano morborum prope infinita sunt species, & tot, quot in temperatura, Gale. lib. de constitut. art. med. quos ad quatuor classes tamen generales reducunt, nempe in eos, qui ex calore, frigore, humiditate, siccitate inter se differunt, idem lib. 2. de natur. facult. Quibus alias differentias adnectunt, ratione partium, quibus insunt, similitarum, vel dissimularum: perpenfarisim in temperie, num ibi simplex vel composita, idem lib. 9. Meth. meden. Constituntque alias subdivisiones morborum acutorum, chronicorum, simplicium, grauium, & iis similes. Sic operæpretium est & in criminibus, utpote morbis reipublicæ, adhiberi quasdam distinctiones pro pœnarum seu remedium constitutione. Quia igitur multæ sunt species diuidendi, plures etiam adferri possent criminum diuisiones: verum tamen eas tantum hic adferemus, quæ vni quotidiano inservire possunt, reliquas silebo. Nam, ut cum Virgilio dicam, 6. Æne.

Non mihi si lingue centum sint, ora, centum,
Ferreæ vox, omnes scelerum comprehendere formas
Datum essit.

¶ Prior fita; huiusmodi est, ut criminum alia peccata, alia delicta dicantur. Peccatum dicunt prauum actum, cum quis agendo male operatur. Delictum omisso actus boni, a delinquendo dictum, gl. in c. peccatum, de reg. iur. in 6. glo. in c. si peccatum, de penit. C. 6. 2.

dist. 1. D. August. in qm Levit. Scienti bonum & non facienti peccatum est illi, D. Jac. c. 4. In hac non immorabor, cum iustissime confundantur, *d. can. si peccatum de penis. dist. 1.* § Dehinc quaedam maleficia, quaedam quasi maleficia dicuntur, seu delicta, vel quasi delicta, § *sequens, de obligat. & tunc de obliga. qua ex del. vel qua del. nasc. l. 1. de act. in P.* Exempla aliqua quasi delicti enumerata videbis apud Iustinianum, in *d. tit. de oblig. qua ex qua. delict. nasc. cum simi. ibi not.* & pro his actionem in factum heredi eius, qui lesus est, non autem in heredem eius, qui ea tenetur, dari reperies, § *fin. eo. 4. tit.* § Tertia distinctio quatuor habet capita, ad quae crimina referri omnia possunt, ratione modi quo fiunt, vel accidunt. Sicut enim diximus in conuentionibus humanis formulas contrahendi quatuor esse, ut quis obligetur aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu, § *fin. de oblig. ap. Iustin.* sic quoque crimina contrahi dicemus totidem modis, re, verbis, literis, consensu. Sic aut facta puniuntur, ut furta, caedes: aut dicta, ut conuicia aut scripta, ut libelli famosi, & scriptura falsa: aut consilia, ut coniurationes, ut ait Claudianus, *l. aut facta, 16. de poen. in P.* Sed latius re ipsa potest delinqui solum, ut si ignorantia quid fiat, *l. 1. de legib. si casu fortuito, si errore, ut diximus paulo ante:* contrahitur namque delictum, quantum semper poena non imponatur. Potest enim esse delictum sine poena, veluti si furiosus, si infans occiderint, vel damnum dederint, *l. infans, ad l. Cor. de ficar. in P. l. pen. ad l. Pomp. de parricid. in P. cum simi.* & tamen poena sine crimine, legitima saltem, esse non potest, *c. 2. de constit. ap. Greg. l. sancimus, C. de poen. l. Grauehus, ad l. Ital. de adult. C. cum simi.* Scio tamen Caium voluisse, in *l. ex maleficio. 4. de actio. in P.* omnes ex maleficio natas obligationes vnus generis esse, & tantum re consistere, id est, ex ipso maleficio, *Cum alioquin, inquit, obligationes ex contractu non tantum re consistant, sed etiam verbis & consensu.* Ceterum, ibi res latius accipitur pro omni facto, ut & rei appellatio alicubi latissima est, omnem causam continens & iura, *l. rei, 5. § l. rei appellatio, 23. de verb. sign. in P.* Nos autem hic facilius explanationis causa aliter diuidimus. § Verborum seu linguarum peccata, seu delicta, varia sunt, ut blasphemiae, maledicta, exprobrationes, contumeliae, mendacia, falsa testimonia, peritria, de quibus suis locis: item arcanorum proditio, seu detectio. § Consensu crimina contrahuntur, expresso, vel tacite: expresso, veluti quando quis iubet, *l. cum ratio, § fin. de bon. damnat. mandat, suadet, & hortatur delinquere, l. 1. § persuaderet, & § sed vitem, de ser. cor. l. qui seruo, 36. de iur. in P.* item principes delictorum admisorum sunt, & ita merito tenentur, *l. in hoc delictum. 10. § l. Neratius, 1. de ser. corr. l. quoniam multa facinora, ad l. Jul. de vi publ.* Et sicut consilium non fraudulenti nulla est obligatio, *l. consilii, 48. de regu. iur. § tua gratia, manda. ap. Iustin. l. si remunerandi, § si tibi, cod. iur. in P. c. nullus, ca. 6. de regu. iur. in 6.* ita fraudulenti obligatio & poena est, *d. l. consilii, c. cum quis, de resti. spol.* Verum hic obseruare expedit distinctiones plures adhibendas: num is, cui consilium criminis admittendi datum, aliter non erat commissurus, ut tamen consulens pari poena puniendus sit, si autem erat facturus, etiam sine consilio, mitius puniatur, *ca. sicut dignum, § qui vero, de homici. l. non solum, § si mandato, de iniur. in P. glo. in § ope, in ver. certe, de obli. qua ex del. nasc.* Si tamen maleficio poena, mors sit, illud obseruandum est, mitius adhuc puniri debere consulentem, non cooperantem quam committentem, hoc est, non esse morte plerendum, ut placuit Rocho de Curte, in *repe. c. fin. de consue. col. 2. vers. contra tamen.* Si tamen atrociora sunt crimina, verior erit sententia dicenti, pari poena agentes & consentientes esse puniendos, ut in criminibus maiestatis, *c. felicitis, de poen. in 6. Clem. 1. eod. Cel. leg. quisquis, ad l. Iul. maiest. C. & nos in hoc crimine latius, parricidii, *l. vtrum, 6. ad l. Pomp. de parricid. l. domitiae, D. Paul. ad Rom. 1. raptus, l. 1. de rap. virg. C. Tacite etiam delicta consentire videtur, qui cum posset impedire ne committeretur, non prohibuit, *l. 1. § occisorum, de senatusf. Syllana. lib. 29. P. tit. 5. l. 3. § si maritus, eod. tit. Vlpian. in l. Aquila, 45. § Paul. l. scientiam, 45. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 2. l. si seruo, C. de noxa act. l. in omnibus, eo. tit. in P.* Quique defendit malefactorem sciens prudensque dolo malo, obnoxius videtur quoque criminis, *l. 3. si quis quem, ad senat. Sylla. in P. l. de recepta. P. l. 1. C. de iis qui latr. vel alter. crim. reos occul.* Et patientia pro scientia habetur, & arguit consensum, *d. l. 7. scientiam, ad leg. Aquil.* § Quarta distinctio ratione voluntatis, ut alia sint voluntaria, ut diximus, *sup. c. 2. & docet adhuc Aristot. l. b. 4. Ethic. ad Eudemum,* alia inuoluntaria, quae vel impetu, vel casu fiunt, ut paulo ante docuimus in c. 3. huius libri § Quinta text Aristotele, *lib. eo. Ethic.* alia sunt clancularia, alia violenta: clancularia, ut furtum, adulterium, veneficium, stuprum, occultae caedes, fal-**

sum testimonium. Violenta & coacta, ut flagella, vincula, & corpora, mutilatio, accusatio. In quibus haec singularis notanda regula, delinquentes, quorum ignorantia aliqua ex parte releuare potest vindictam, si clam delinquant, grauius, quam si palam committant, puniendos. § Sexta distinctio est ratione prosecutionis criminis, ut alia fiat publica, alia priuata, alia neutralia, ut stellanatus, *l. 1. de crimi. stello. in P.* Publica, quasi publica dicta, § *consequens, de susp. iur. ap. Iust.* quorum accusatio seu prosecutio cuiuslibet de populo concedi potest, § *1. de publ. iud. ap. eundem, l. 1. eo. tit. P. l. licet non expresse lege ab aculatione remoto, l. qui accusare, de accus.* Sicut in popularibus actionibus, quilibet ex populo idoneus actor fit, *l. 1. § 2. de pop. act. l. 47. P. tit. 23. § Quamuis hodie in Gallia receptum sit, nemine praeter triumuirum tres regios, seu procuratores fisci, posse accusare: ne potentioribus opprimantur innocentes, & calumniandi detur occasio: vtque concordia inter regnicolas conferuatur, vt ait Guillelmus Benedictus, in *rept. c. Rymnuius, in ver. mortuo itaque testatore, num. 200. de testat. in re. c. 1. Neg. enim ad quemquam magis pertinet, quam ad principem, saluum reipub. tueri: nec quisquam alius videtur ei rei sufficiens, Pan. l. 3. de offic. pref. vigi.* Aliter & potentium impunita delicta, & tenuiores oppressi erunt, quod fieri non debet, *l. silencio, de offic. probat. (nemine accusante.)* Solet tamen in Gallia priuatus iure procuratori regio, ut in lite non vindictam publicam, sed quanti sua interest, persequatur. § Publicorum tamen septima distinctio ratione poenae, ut alia sint capitalia, alia non capitalia, *Pau. l. 2. de publ. iud. lib. 48. P. tit. 1.* Capitalia sunt, quibus poena capitis, seu periculum capitis imminet: non capitalia quorum poena non ad periculum capitis, sed ad existimationem pertinet, *l. capitalium, 28. de poen. in P. Vlpianus, in l. 2. eod. rei capitalis damnatum sic accipi debere tradit, ex qua causa damnato vel mors, vel ciuitatis amissio, vel seruitus contingit. Et ab Africano, l. aditio praetoris, 13. de honor. pop. lib. 37. P. tit. 1.* rei capitalis damnatus intelligitur is, cui poena, mors, aut aqua & ignis interdictio sit. Per has enim poenas extimitur caput de ciuitate. Quod & Paulus probat, *l. 2. de publ. iud. qui & non capitalia dixit, quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio poena est.* Notata alia publicorum delictorum est certissima, si ad statum reipub. faciunt, si illum conturbent potissimum, & diffident: hoc enim publicum ius dicitur, quod ad statum reipublicae principaliter pertinet: ut priuatum, quod ad singulorum, § *huius studis, de iust. & iur. ap. Iustin. l. 1. § huius studis, eod. P.* Et priuata erunt crimina, quibus priuatae vitae affligitur commoditas, vt iniuria, furtum. Publica iudicia seu delicta enumeratur in legibus publicorum iudiciorum ab Vlpiano, *l. 1. de publ. iud. in P.* Iure maiestatis de adulteriis, peculatus, de vi publica, de vi priuata, de ambitu, repetundarum, de annonae, legis Corneliae de sicariis, de veneficiis, de testamentis, legis Pompeiae de parricidiis. § Priuata delicta plura sunt, quae ad fortum & iniuriam referuntur, quorum plures sunt species, de quib. suo loco, quorum persecutio ad priuatos etiam pertinet, quorum interest, *gl. rubr. in tit. de popu. actio. in P. § Octaua distinctio Bartoli est in § si mandato meo, l. non solum, 1. de iniur. in P.* alia esse fere prope nulla, leuia grauiora grauius. Fere nulla, quae & leuissima dici possunt: in quibus dolus non intervenit, nec inquitur, ut damnus iniuria datum, *d. l. non solum, § si mandato, & ibi glo. l. liber homo, & ibi nota. de iniur. in P.* Leuia, in quibus dolus requiritur: verum circa rem modicam versantur, *vide l. lenia, cum gl. de accusatio. in P. l. ad ea, de reg. iur. l. libertatis, de iur. in l. respiciendum, § furti a domestica de poen. in P.* Grauiora, quae admittuntur cum dolo, in re magni praedudicii, quorum poena gratis statuitur, ut si futura rei extimae, *l. auxilium, § in delictis, de minor. 25. ann. in P. l. respiciendum § furti a, de poen. d. l. ad ea, de reg. iur. si iniuria personae inferatur, d. l. non solum, § si mandato, est enim iniuria personalis grauior reali, *l. in seruorum, de poen.* Grauiora sunt, delicta publica, quibus tamen poena mortis naturalis non est imposita, *gl. in l. auxilium, § in delictis, de minor. P.* Grauius seu atrociora, ex poena mortis censentur, *glo. in d. § in delictis.* Grauius enim esse debet scelus, ut delinquens in corrigibilis iudicandus, cuius poena opus illud diuinum vitae dissolui iubet, *ca. cum non ab homine, de in. ap. Greg. § Diuiduntur nono & Theologi erimen, vide V. que. in iust. Theolog. ca. 18. vers. si in actuale & originale, tota fere 4. dist. de poen. in vol. Rursum subdividuntur ad maius, scilicet quod quis agit ratione triplicis obiecti in quod peccatur in peccatum in Deum, in proximum, & in seipsum. Per modum autem agendi quaedam cogitationis, quaedam sermone, quaedam operis dicuntur. Item commissionis, & omissionis. Distinguuntur & actuale per peccatum veniale, & mortale: mortale dicitur, quando***

quando anima per peccatum venit vsque ad auersionem ab vltimo fine, scilicet Deo: quia enim ille lapsus naturaliter est irreparabilis sine medio, dicitur peccatum mortale, quod vita animae, gratia Dei fit, in ipso enim vitium est sumus, sicut ait D. Paulus, *Decret. Gratiani, D. Paul. Et D. Ioannes, in ipso vita erat, D. Ioan. Euang. c. 1. Et Aratus, τὸν δὲ δὴς ὑπερβύθη τὰς ἀνάσ, ὅθεν αὐτὸν ὁμοίως Deo indigemus.* Quando autem fit deordinatio circa auersionem a Deo, & circa media, deordinatio reparari potest, diciturque veniale. Sic stipendia peccati mors: gratia autem Dei, vita aeterna, *D. Paulus ad Rom. 6. c. Mortale aliter dicitur, voluntas retinendi aut consequendi quod iustitia vetat, c. 1. 15. q. 1. Dicuntur mortalia peccata, criminalia, & capitalia, c. vnum orarium, §. alias, 2. 5. dist. nam peccatum cum consensum fuerit, generat mortem, D. Ioan. c. 1. Et est, inquit D. Ioannes, peccatum ad mortem, aliud non ad mortem, epist. cap. 5. Septem mortalia peccata esse inter Christianos, nullus, vt opinor, ignorat: ideo de his nihil vltra, cum eo modo non tractentur in foro contentioso, ac in foro conscientiae, & etymologice. Venialia peccata sunt quae ex fragilitate hominis contingunt, quae nullus homo vitare potest, c. medicina, §. tres sunt, de penit. dist. 1. non eita est homo, qui non peccet, 2. Paralyt. 6. ad Rom. 3. D. Ioan. epist. 1. c. 1. c. ut cognouerunt, §. opponitur, de penit. dist. Quae si negligantur, et minima, tamen consuetudine disponunt hominem ad mortalia, c. vnum orarium, §. criminis, 25. dist. veluti cum per rimulas aqua nauim ingreditur, si non proficiatur, tandem nauis submersioem minatur, d. c. vnum orarium, §. alias, 25. dist. Et veniale dum placet, mortale fit. Venialia peccata, *D. Augustinus ad Selensianum, epist. 108. D. Augustinus enumerat, id eundem non repero. Venialia arbitror dici, ob facilem viam veniae impenitendae: nam illa delectatur facile modis in iure pontificio relatis, oratione dominica, elemosinis, c. medicina, §. proximo, de penit. dist. 1. ieiuniis, eucharistia sacrosancta, c. ante sinem, ca. panem, de altari. de penit. dist. 2. presbyteri benedictione, can. presbyterum, 28. dist. Originaliter peccatum est, quod ex traditione nascitur. Adde in omnes posteror, qui ab eo per rationem feminales processerant, in primo instanti creationis & transfusionis animae rationalis. Quod in Adamo quidem actuale fuit: nam per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Erant in Adamo omnes peccauerunt, *ad Rom. c. 5. vnde ca. quaris, de consec. dist. 4. Et ca. placuit ut quicquid, ead. dist. Magist. sent. lib. 2. dist. 3. vnde dicitur D. Thom. 1. 2. q. 81. ar. 1. Originale peccatum dicitur, infinitas carnis, languor naturae, & concupiscentia carnis, c. illudre lais, §. mag. 15. q. 1. cuius particeps omnis, qui ex coniunctione & humana in lucem editur, Psal. 50. ecce in iniquitatibus. Et. can. firmis. de consec. dist. 3. Quodq; olim in lege, & tempore Abraami circuncisione, in Euangelica nunc baptismo eluitur, c. ex quo. eo.***

17 Decima diuio, vt quaedam sint delicta, in quibus est locus poenitentiae: quaedam quae non admittant. Quae vt intelligamus aperiunt, distingui mus hic forum conscientiae a foro ciuili, & controuersiam. In foro namque conscientiae perpetuo poenitentiae locus est, *Inter claras de sum. trin. C. Venit enim Deus vocare peccatores, & eos saluos facere, si poenitent, Sap. 11. Eccl. 1. ad Roman. 2. Apocal. 2. ca. diaconi, 93. distin. quia in perfecta poenitentia Deus inuenitur contritionem, confessionem, & satisfactionem, & misericordia sua gratiam suppeditat & facit, c. non sufficit, de penit. dist. 1. c. 1. de penit. distin. 3. At in ciuili foro contentioso distinguitur, an possit fieri declaratio, in praeteritum non fuisse delictum: & tunc illud admittit poenitentiam, vt in l. 1. de cri. bello. C. Et in l. si adulterium cum incestu, §. 1. de adulter. Aut delictum non potest reduci in pristinum statum, sed remanet actus, vt homicidium, falsum, & similia, & tunc crimina illa non admittunt poenitentiam, *l. hi qui sanctum, de apos. C. Aut si possit in pristinum actum reduci iterum quaeritur, an is qui deliquit conuictus vel commotus a re,**

in quam deliquit, fuerit: & tunc admittitur poenitentia, *l. 1. §. 1. de ser. fug. in P. Vel an aliunde, quam a re ea commotus deliquerit: & tunc in ex eo delicto datur actio ad consequendum quantum interit, admittitur poenitentia, si ex ea desinat interesse, l. ex hoc edicto, §. pen. de alien. iud. cau. fac. in P. Si vero actio datur ad poenam, & actio est poenalis ex origine non admittitur poenitentia, l. qui ea mente, de fur. in P.*

¶ Vndecima diuio, vt quaedam crimina sint priuilegiata, alia quaedam communia. Quae diuio obseruanda est in Gallia, vbi magistratus regii seculares habent potestatem iudicandi & condemnandi ecclesiasticas personas criminali iudicio, in casibus priuilegiatis, *Chass. in tit. des iustices & droit d'icelles, §. 5. ad ver. si in a grace in consuet. Burg. Boer. decif. 297. num. 1. Guill. Bened. in re. p. c. Reynutius, ad verb. & v. xorem, decif. 2. n. 143. & seq. Alioquin enim iure communi nullo modo ecclesiasticae personae de criminibus coram iudicibus secularibus accusari, vel damnari possunt: quantum contraria sit consuetudo, quae improba est, ca. 1. & 2. n. 9. 1. c. at si clericus, de iud. c. si diligenti, de for. com. c. si iudex laicus, de sent. excom. §. item statumimus, de stat. & consue. col. 10. in Authen. a. u. b. statumimus, de epif. & cler. C. In stylo parlamenti, tit. quor. cogn. special. pertin. ad regem, casus priuilegiati & regii ponuntur, de quib. principis magistratus contra clericos etiam cognoscunt, quod firmavit regia iussio, *Guill. Bened. vbi sup. nu. 144. Delatio armorum vetita, & crimina, quae ex ea sequuntur. Quando postquam iniecit manu rex bonis, contra tutelam vel clientelam regiam, quam vocant saluagardiam, quippiam fuerit quis amolitus quod pluribus sententiis consulis ratum est. Addit Boerius, decif. 297. nu. 14. crimen falsae monetae, laesae maiestatis, seditionis. Guido Papae, decif. 139. facit c. ex parte, de priu. ca. perpendimus, de senten. excom. dummodo monito praecedat, ca. si iudex, eo. in 6. late etiam disputat aduersus ecclesiasticas personas, de crimine per illas commissio, notionem temporalis iudicis esse, si eadem in ipso crimine etiam communi deprehendat in habitu, vel cum vestibus non clericilibus. Inter crimina etiam priuilegiata, quibus ratio ecclesiasticae qualitatis non habetur, eo quod ex his priuilegium clericale perimitur, sunt assassinatus, c. 1. de homicid. in 6. apostasia, c. 1. de apos. a. ab armato clerico vt dictum commissum, quia is priuilegium, amittit fori, c. in audientia de sent. excom. Si clericus sit histrio, mimus, nec tertio monitus deliquerit, c. 1. de vna & honest. cler. Si de gradu detectus, exauctoratus clericus delinquit: mutat enim foro amisso priuilegium, c. neminem, de verb. sign. c. 2. de pen. in 6. Veluti si tanquam incorrigibilis antea fuerit depositus, ca. cum non ab homine, de iud. Si clericus sit coniugatus, non deferens tonsuram, c. 1. de cleris. coniu. in 6. Item si non sit forum ecclesiasticum, cuius defectu secularis de ecclesiastica persona delinquente cognoscitur, c. princeps seculi, & biglo. 2. 4. 9. 5. Si clericus carnifex, laico, caupone factus sit, nec monitus abstinuerit ab his, c. 1. de vita & hon. cler. Si bigamus, c. 1. de biga. in 6. si post amissum crimen fiat clericus, *Bart. in l. 1. de pen. P. Iason. in l. cum quaedam puella, col. 3. de iurisdict. om. iud.* Communia crimina dicuntur itaque, de quibus iure communi potest iudex ecclesiasticus inter personas sui fori cognoscere, non autem temporalis. ¶ Duodecima diuio, alia esse regia crimina, alia non vtique. Regia illa sunt, quorum notio ad magistratus regios, non autem ad magistratus iuridicos de minorum locorum pertinet: nisi ex indulgentia illis a rege permittatur. Inter haec, regia crimina sunt, delatio armorum, si cum turba, & hominum collectione fit, *in styl. curia parla. tit. quor. cog. pertin. ad regem, §. 1. de armis, in Auth. l. 1. vt armis vsus in scio prin. inter d. fit, lib. 11. C. clericus, de vita & honest. cler. crimina, quae admittuntur contra tutelam regiam seu saluagardiam, seu fidem publicam, vel aduersus manus regiae iniectionem, d. tit. styl. parlam. notio de falsa moneta, de haer. fi.***

D E P O E N I S.

LIBER XXXI.

Quid sit Poena. Cap. 1.
Lib. 48. P. tit. 19. Lib. 9. C. titu. 47.
In Decret. & in Sex.

- 1 Poena synonyma supplicium, vnde dicitur, vltio.
- 2 Poena vnde declinatum nomen habet.
- 3 Quid sit.



Equitur tunc vt in vltimum de poenis tractemus, & generali quadam consideratione quae ad illas pertinent annotemus. Et primum quid poena, & quare imposita sit, & de hinc de diuersitate poenatum. Pro eodē ponuntur poena, vindicta, supplicium, vltio. ¶ Poena, inquit Varro, 4. de ling. Lat. a puniendo, vel ponendo. aut quod peccatum sequitur, quasi pone peccatum.